

# Lectori Candido,



**O**E P E R U N T, ut pluraq; alia. Lector  
Candidissime, à parvulo hæc Theatri  
nostri volumina: ac tripartita primum  
prodiere, facie satis pallida, supellectiliq;  
curta: quorum tamen tenuitas cum optimi generis  
lectoribus per chara fuerit, permovit nos, ut etiam  
promissis nostris satis eò citius faceremus: Lecto-  
rumq; gratum animum grato obsequio recompen-  
saremus. Quarto ideoq; volumine, quod ante an-  
num plus minus parturii, absoluto, nec minus  
prioribus approbato, ad Quinti statim promulga-  
tionem animum appulimus. Hoc autem, ut & pro-  
ximè præcedens partim ex codicibus manuscriptis,  
vix quam antea visis, partim ex jam impressis, ra-  
rioribus tamen, ac comparatu difficilioribus exem-  
plaribus est concinnatum. In congerendis autho-  
ribus hunc ordinem summo studio, servavimus, ut  
nec studiosorum, nec typographorum aliorum ope-  
ram lusisse, sed omnimodè juvasse videamur: dum  
in primis Artis auriferæ partes tres, Basilea nuper,  
ad nostram hancce ferè normam formamq; im-  
pressas, nullatenus destruere, sed nostris volumini-  
bus potius adstruere conamur, ita ut alicujus volu-  
minis numerum supplere possint, & debeant: qua-  
re authores ibidem positos intactos reliquimus: ex-  
ceptâ Turbâ in fronte positâ; cujus diversam lectio-  
nem in per vetusto manuscripto cum repererimus.

(\*)

2

eam